

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Heinrich Rahn

**Rector Universitatis Rostochiensis, Henricus Rhane, I.U.D. & Profefs. P. Ad  
Exequias Quas Viro ... Dn. Bernhardo Scharfenbergio, Civi huius Urbis primario  
Vidua parat moestißima, Cives quoque ... vocat**

Rostochi[i]: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775770620>

Druck    Freier  Zugang



R h a n e , H . ,

in

**Bernh. Scharfenberg.**

R o s t . 1638 .

47.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn775770620/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775770620/phys_0002)

DFG






54

RECTOR  
Universitatis Rostochiensis,  
**HENRICVS RHANE,**  
J. U. D. & Profes. P.  
*AD EXEQUIAS*  
*Quas*  
*Viro Honestissimo ac Spectatissimo*  
**Dn. BERNHARDO  
SCHARENBERGIO,**

Civi hujus Urbis primario

*Vidua parat mestissima,*


Cives quoque hodie ad horam meridiei  
primam in eadem B. Virginis  
diligenter vocat.




ROSTOCHI,

Literis NICOLAI KILII, Academ. Typogr.

Anno M. DC XXXIX.





**T**erum affixit tempestas domum  
SCHARFENBERGORUM, excus-  
sitq; ex hac Republica BERNHAR-  
DUM, Tranquillum & fidum civem.  
Qui BERNHARDO SCHARFEN-  
BERGIO, Cos, & tot meritis etiam per successo-  
rem Filium continuatis apud nos spectato,  
Matre AGNETA BESELINS, honestissima fœmi-  
na, Parentibus undequaq; clarissimis, Anno Jesu  
Christi, supra millesimum quingentesimum, no-  
nagesimo in lucem editus, quantum esset, à quam  
optimis nasci per totam vitæ summam, quæ ipsi  
nō admodum prolixa contigit, expertus est. Mül-  
tò plura cum tempore consecuturus, nisi abrupi-  
set fatum, atq; eō vocaret, ubi longè melius est  
commorari diem, quam seculum heic transmitte-  
re. Quanquam enim Avus ipsi Ayiaque à patre  
Neobrandenburgi, Stargardiæ Metropoli quon-  
dam fuerint, poteratq; felicitatis suæ ibidem præ-  
cæteris particeps fieri; maluit tamen sequi pater-  
nam gloriam, & decora noviter in hac urbe sibi  
parta relictaq; tueri, quæm facilem illam, quæ solet  
nullibi non esse, meritorum oblivionem incerto  
semper rerum humanarum exitu, Neobranden-

burgi vindicare. Et erant quā plurima, quæ illum retineri apud nos, domumq; suam conjungere cum Patris domicilio, & familiam sic satis feliciter institutam, propagare jubebant. Ita enim Consulis in hac urbe cognita perspectaq; virtus, eaq; exinde redemta erat gratia, ut nūmī rectius liceret in benevolentia civium conseruare, quā qui istud nōmē pro hereditate sibi vendicaret. Accedebat Mater optima, quæ patricii sanguinis, recentem Patris, Viri Prudentissimi, Dn. NICOLAI BESELINS, Senatoris quondam & Republicā dignissimi, memoriam, quantum per se fieri poterat diligentissime tuebatur, & quotidie per dotes, quibus præ cæteris ornata erat, ad invidiam s̄pē aliorum, reparabat. Cum n. ex antiquissima SCHMEDIORUM, primariaq; & Consulari familia per matrem suam oriunda esset, certare eam oportebat omni virtutum officiorumq; genere cum iis, quæ secum generosæ atq; in dignatione per maritos essent. Tanto probitatis suæ successu, ut post fata demum, & ex recentiori hoc seculo, quod nūmī quam defecit, cognosci desiderarique inceperit. Quanquam virtutis suæ præmiū etiam tum, quo ad in vivis erat, adepta in se partim ipsa, partim in liberis fuerat. Quippe, quæ velut publica mater diligi à civilibus, advocari ad cuiusq; necessitates, præfici eorum honoribus, in adversis pariter læris-  
que

que adesse socia ac comes solebat. Id quod amorem ac studia, velut ex mutuorum, maximam vero partem per merita, cumularat & saepe ex insperato conciliabat. Adjuvabat autem ista omnia singularis felicitas, que jam liberis iusti promittebatur. Siquidem defuncti sororem URSULAM filiam Consultissimo Clatissimoq; Viro Dn. THOMAE LINDEMANNO J. U. D. Antecessori pariter, & Republicæ SYNDICO elocaverat. A quo non minimum ornamenti ad familiam revertebatan. Quippe qui ab literis omnibus, quas alii, nescio an satis caute, despiciunt, instructissimus, tantum præterea ingenio ac diligentia valuit, ut difficilem successoribus spartam suam transmisserit; ipse inter Sacri Palatii Comites ab Augustissimo Imperatore FERDINANDO II. receptus. Frater autem Consultissimus perinde & Clarissimus Vir Dn. NICOLAUS J. U. D. & postea designatus Professor, Serenissimæq; Reginæ Daniæ Consiliarius, & in patria senator, nunc Amplissimus Consul, à conjugio statim, quod jam tum inierat, moliri dignitate suam, & sibi parentibusq; illi simul spei atq; ornamento esse coepit. Tanta igitur cum esset utriusq; parentis gloria, tanta cōsanguineorū dignitas, reputare eam BERNARDUS cum animo suo, nec fortunam simul, quæ ex ea derivari posset, contemne re vel aspernari. Initaq; cum Genitoribus suis tatio-

ne, de conditione apud nos & in patria circumspexit; quam etiam perquam commode & liberaliter natus est. Ante annos enim tredecim coniugio sibi junxit Matronam honestissimam, MARGARETHAM, Vixi spectatissimi Dn. VALENTINI HAVEMANS p.m. relictam viduam. Quæ Prudentissimo Amplissimoq; Viro Dn. DANIEL EGLANDRIAN/Güstroviensis Reipublicæ Consule quondam meritissimo & MARGARETHA Krügers/Matrona laudatissima, optimis sane parentibusq; prognata, secunda jam vice effert maritum suum, lususq; cōprehenditur. Quam felices autem sibi fuerint tādæ, equa utriusq; sexus progenies ostendit. Quatuor enim filios filiasq; totidem orbi donans, sic vitales habuit omnes, ut prater unicum DANIEL EM, quem præmisit, ex toto numero neminem adhuc desideraverit; relictis jam & commissis Deo septem liberis, BERNHARDO, NICOLAO, JOHANNE, MARGARETHA, AGNETA, ANNA & URSULA. Fuit autem, quod vel ex prole intellegas, arcta inter conjuges amabilisq; conjunctio, & quæ idem nolle ac velle per omne tempus coluerit. Quale marito testimonium ingenti cum desiderio mœstissima vidua quotidie dixerit. Et possunt advocari, quotquot in proximo vicini, aut cives secum heic incolunt. Quibuscum & diligenter & magna cum animorum conspiratione vixit.

Sive

Sive in negotiis ac serio convenirent, sive hilarius  
paullò vivendum esset. Nam & in conviviis facile  
se comemq; præstabat. Quæ virtus in sobrio pro-  
mittere longe plura solet. Quemadmodum quoq;  
sermo & mores vultusq; faciebant. E quibus can-  
dor animi, rarissimum jam inter homines decus,  
cum ingenita ista ingenuitate elucebant. E quidē  
resident à firmis parentibus virtutum igniculi per  
sobolem, dividiturq; tum in doles quamplurimū  
in singulos, ut ex aliquot filiis, unius parentis inge-  
niū sæpe intelligas. Utcunq; enim diversa admo-  
dum studia sectari progenies soleat, dispersus ta-  
men idem sanguis est, eademq; natura, quæ diffi-  
teri seipsum prorsus nō potest. Apertus ille niveus  
que animus, simul cum nomine Parentis, in filio  
præcipius & quotidianus erat. Quapropter dili-  
gebat similiter & diligi volebat, cuncta metiri so-  
litus bonitate. Quam longe rectius approbabat in  
suis, quam cæteri jactare solent. Qui per simulandi  
artem, dum avari omnia faciunt, prospicere suis  
quam maxime videri volunt, detrahentes educa-  
tioni rectæ, dum cumulus augeat, crescantq; irri-  
tamenta malorum. Quorum ingenia procul habe-  
re solitus, impedit omnia, quibus liberi proficer  
animis atq; excoli possunt. Quapropter, quod ur-  
bis hujus turpissima consuetudo est, non cum sex  
septem ye civibus, alicui turmæ liberum unitis Pa-  
dagogi

dagogi opera addixit, divisiq; vietus dies, aut pecunia partem exegit, aut tenuiter & sollicitis rationibus circumscriptis institutorem; sed prompte & velutigeauius amor, consultaq; in filios liberalitas efflagitare posset, omnia erogabat. Tu demum recte se locasse ratus, cum pecunia in bonis moribus literisq; occupasset. Eaq; in mente ad extremum fuit halitum, quem bonicum parentis elogio mittere atq; ad coelestem Patrem exspirare voluit. Hoc ipsi xxii. Maij nuper, ad tertiam meridie, etate sua in octavum & quadragesimum annum vergente contigit. Cum enim aliquoties decubuisse, morbiq; vis remittere interdum, & penitus deficere, interdum intendere se atq; acuere soleret; factum est, ut eusmodi vicibus prorsus decederet, Magno cum desiderio Salvatoris sui, cui prævalere nulla curantiū remedia poterant. Haec est, Civis Academiz, fabulæ nostræ Catastrophe, in qua nihil tranquillum prius ac beatum est, quam donec cantor, vos P.L.A.U.D.I.T., dicat. Eamus & nos, quicq; personam, quam à Deo accepit, pulchre gerat. Quæcunq; tum fuerit rerum viciisitudo, permittendus nobis semel est exitus Eumq; ut ex commodo reperiamus nostro, vivamus tanquam semper exituri; imò quotidianus, quod hasterus pertinet funera nobis incubuit, & hoc quoq; die, quod à vobis peto, si corpore simul non licet, spiritu atq; anima eò, quo BERNHARDUS noster feliciter concessit. OMNES

EXEAMUS. P.P.A.C. ccccxxxix. xxvi. Maij.









que adesse socia ac comes solebat.  
rem ac studia, velut ex mutuo, in  
partem per merita, cumular e & sape  
conciliabat. Adjuvabat autem ista  
laris felicitas, que jam liberis in*u*  
Siquidem defuncti sororem U. R.  
Consultissimo Clatissimq; Viro  
LINDEMANNO J. U. D. Antecesso  
Reipublicæ SYNDICO elocaverat.  
minimum ornamenti ad familiam  
Quippe qui ab literis omnibus, qua  
an satis cautè, despiciunt, instructissi  
præterea, ingenio ac diligentia valuit  
successoribus spartam suam transfor  
mer Sacri Palatii Comites ab Augusti  
tore FERDINANDO II. receptus.  
Consultissimus perinde & Clarissim  
COЛАUS J. U. D. & postea designatus  
renissimæq; Reginæ Daniæ Consilia  
tria senator, nunc Amplissimus Co  
gio statim, quod jam tum inierat, me  
suam, & sibi parentibusq; isti simul s  
mento esse coepit. Tanta igitur cum  
parentis gloria, tanta cōsanguinitate  
putare eam BERNHARDUS cum anima  
tunam simul, quæ ex ea derivari poss  
et vel aspernari. Initiaq; cum Genitor

13

